

Johann Ernst Schubert


**Festvm Resvrrrectionis Christi Rite Celebrandvm Indicit Et Simvl De Vno Ex
Trinitate Resvscitato Disserit Academia Ivlia Carolina A. R. S. MDCCLX**

Helmstadii: Literis Schnorrianis, [1760?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn861923898>

Druck Freier  Zugang





70

282

Fa - 1092 (70.)

1) Dissertatio magistralis de Regibus de *Dissertatio Schme. Joh. Godofred. Caspary*
Rofario
 2) Joh. Fried. Wendorf de Paschale *Dissertatio de virtutibus causae*
Arnobio exercitatio *spaciatum in bello adversus Caru*
Dell. Georg. Jo. Godofred. Ingen. comment. *ritas suscepto*
 3) Joh. Christ. Wendorf de Deo impie *Dissertatio Schmeegas Dissertatio. Ri*
torator e sacris profanisque litteris *tus Veterum et praecipuum morem*
breviter demonstratus *braeorum dissectione animalium*
 4) Joh. Christ. Wendorf de Christo pacifere *transituque per eorum segmenta*
Christus pacifere *foedera mundum exponens*
 5) Joh. Fried. Wender Dissertatio de voca- *Christ Lud. Wender Proverbum*
tione Mesrae a patre ad munus medi- *ello saieum Num. xxi, 14. 15 explicatum*
atorum. sub N. T. in salutem gen-
 6) Joh. Fried. Wender Dissertatio de voca- *in Spiritum Sanctum inemphibitate*
tionem Mesrae a patre ad munus medi- *de utilitatibus ex doctore Theologiae*
atorum. sub N. T. in salutem gen- *sollemni ritu declarato in ecclesia*
 7) Joh. Fried. Wender Dissertatio de *de utilitatibus ex doctore Theologiae*
obligatione ad Martyrium *sollemni ritu declarato in ecclesia*
 8) Joh. Fried. Wender Oratio de Reforma- *de utilitatibus ex doctore Theologiae*
tione primo Luthero *de utilitatibus ex doctore Theologiae*
 9) Joh. Fried. Wender Oratio de Reforma- *de utilitatibus ex doctore Theologiae*
tione primo Luthero *de utilitatibus ex doctore Theologiae*
 10) Joh. Fried. Wender Oratio de Reforma- *de utilitatibus ex doctore Theologiae*
tione primo Luthero *de utilitatibus ex doctore Theologiae*
 11) Joh. Fried. Wender Oratio de Reforma- *de utilitatibus ex doctore Theologiae*
tione primo Luthero *de utilitatibus ex doctore Theologiae*
 12) Joh. Fried. Wender Oratio de Reforma- *de utilitatibus ex doctore Theologiae*
tione primo Luthero *de utilitatibus ex doctore Theologiae*
 13) Joh. Fried. Wender Oratio de Reforma- *de utilitatibus ex doctore Theologiae*
tione primo Luthero *de utilitatibus ex doctore Theologiae*
 14) Joh. Fried. Wender Oratio de Reforma- *de utilitatibus ex doctore Theologiae*
tione primo Luthero *de utilitatibus ex doctore Theologiae*
 15) Joh. Fried. Wender Oratio de Reforma- *de utilitatibus ex doctore Theologiae*
tione primo Luthero *de utilitatibus ex doctore Theologiae*

1 16
 2 17
 3 18
 4 19
 5 20
 6 21
 7 22
 8 23
 9 24
 10 25
 11 26
 12 27
 13 28
 14 29
 15 30

- 24) Joh. Ernest Schrabbert de vno ex Tri-
nitate refutatio
- 25) Joh. Ernest Schrabbert de operationibus apostolorum testium reliquorum Chris-
tiani gratiae
- 26) Joh. Carl Lud. Specht de fide miraculosa
- 27) Joh. Job. Roentgenus de Gualthero Eremita scriptorum Graduale de Libris in
Theologia
- 28) Joh. Jae. Harder de felicitate Sauli
proae dicantur inter gentes Evangelium
succesibus Ad Rom. xii. 18. 19
- 29) Hermannus Ellerer de vestigiis
religionis patriarchalis inter gentes
sub V. T. et quidem a diluvio ad com-
morationem Israelitarum in Aegypto
- 30) Fried. August. Romgheb Theologie
mena de terrae motu
- 31) Philip Lud. Buch de sententis ami-
corum Iohi ad delegenda primordia
salsi cultus
- 32) Joh. Phil. Buttchus de Phrao & S.
Timons Deum atque timor Dei
- 33) Philip Jae. Handwerker paraphrasi
prioris Epistolae Petri
- 34) Wernerus Neumer de Eus xpo
vivi sine decore civili hominis Christiani
- 35) Samuel Ellurpna de origine gene-
ris humani
- 36) Sig. Jae. Baumgarten de Aethiopia
et affribus Orientis Inquis de
Graeco verum
- 37) Chri. Gottlob Kalle de Dexteri-
tate sine aptitudine et sinceritate
francae fide dignitatum
- 38) Joh. Sam. Lindinger de usu
scriptorum Graduale de Libris in
Theologia
- 39) M. So. Christp. Jaenick Sen. Protoga
ea novo specimine argumenti
mathematici et philosophici retracta
- 40) Joh. Casp. Horeus de transitu tra-
situarum per mare rubrum Dei
miraculo ad exph. adaverita Gud. xv. 21
- 41) Joh. Godof. Zocher de ludis Illuminis
in V. T. commemoralis
- 42) D. Sam. Weronjesen Theologie
transit per unum in fluvio Iupis
Suisurmi
- 43) Gottl. Bened. Hoffmannus de ara octonis
Christianis imperatoribus usus
- 44) J. J. Ch. J. G. De crucis signaculo
- 45) Joh. Fried. Lippoldi doctrinae de tanto loqui
- 46) Laurent. Albert. Giese de possibilitate rene-
lacionis divinae
- 47) Jo. Henr. Carlens de usu caeremoniarum in ecclesia
- 48) Ant. Carl Lud. Carlens de summa quam
Deo semper debemus reverentia
- 49) Henr. Jo. Carlens de reys otitis Christiana
- 50) Carl. Frith. Schumannus de matrimonio con. laenitae
- 51) Joh. Bened. Casp. Corvicius de periculis Euan-
geliorum et epistolarum non temere abrogandi
- 52) Jo. Ch. Sichter de terranis donorum munificentia
extraordinariorum ex dict. Paul. Ep. 11. 12. 13. oratio
de reys otitis Christiana de reverentia de non forphemis
de reys otitis Christiana a suspitione Christiani

FESTVM
RESVRRECTIONIS CHRISTI
RITE CELEBRANDVM
INDICIT
ET SIMVL
DE
VNO EX TRINITATE
RESVSCITATO

DISSERIT
ACADEMIA IVLIA CAROLINA

A. R. S. C1913CCLX.

AVCTORE
IOANNE ERNESTO SCHVBERT

ACADEMIAE IVLIAE CAROLINAE

H. T. PRORECTORE.

HELMSTADII
LITERIS SCHNORRIANIS.

32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100

FESTVM
RESURRECTIONIS CHRISTI
DIE CELEBRANDVM
INDICIT
ET
DE
VNO EX TRINITATE
RESUSCITATO

DISSERT
ACADEMIA IVLIA CAROLINA
A. R. S. S. S. S.

AVGUSTA
IGANNES ERNESTO SCHUBERT
FRANCOFONIAE M. S. S. S. S.
M. T. S. S. S. S.

ERNESTO SCHUBERT
FRANCOFONIAE M. S. S. S. S.



Seculo VI. cum Imperator IUSTINVS regnaret, Constantinopoli orta est controversia de quaestione, num unus ex Trinitate passus et crucifixus dici possit? (a) MONACHI SCYTHAE, qui erant in urbe regia, id affirmandum esse censebant. Sed multos experti sunt adversarios, inprimis VICTOREM, Diaconum, a quibus propter hanc opinionem Eutychianismi et Theopaschitarum erroris publice accusabantur. Aderant tunc Legati Pontificis Romani, ad componendas lites illuc missi. Quorum auctoritas cum apud Imperatorem et Purpuratos eius plurimum valeret, Scythae ab illis petebant, ut causam cognoscerent, et disputationem
fina

(a) Historiam huius certaminis ex instituto collegerunt HENR. NORISIVS in *sing. Dissert. de uno ex Trinitate passu*, Opp. Tom. III. p. 779. seqq. NATALES ALEXANDER in *Hist. Eccl. Sec. VI. Cap. III. Art. II. Tom. V. p. 308. seqq.* BARONIUS in *Annal. ad A. C. 319. num. 80. seqq. Tom. VII. p. 46.*

32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100

IV

sua sententia finirent. Illi vero huic contentioni se immiscere nolebant, rogati tamen ab Imperatore id declinare non poterant. Sententia tandem ferebatur contra Seythas, quoniam formula loquendi, qua utebantur, nec in Actis Synodi Chalcedonenfis, nec in Epistolis LEONIS Papae, nec in aliorum Patrum Scriptis legeretur. Monachi hac re offensi provocabant ad ipsum Pontificem, et nonnullos suae Sodalitatis Romam mittebant, ut Praesul Romanus, qui tunc erat HORMISDAS, legatorum sententiam emendaret. At eventus minime respondebat illorum expectationi. Pontifici haud consultum vibedatur, hos homines damnare, tum quod ipsi ferocis essent ingenii, et ad spargenda discordiarum semina prони, tum quod eos a VITALIANO foveri sciret, Viro magnae dignitatis et auctoritatis in aula Imperatoris. Sed nec approbare volebat illorum sententiam. Nam et a Legatis suis monitus erat, non parum periculi inde metuendum esse. Et a IVSTINIANO, Imperatoris ex Sorore Nepote, urgebatur, ut monachos istos compesceret. Itaque moras necebat, legatorum suorum reditum expectans, ut cum illis consilia inire posset, quid pro circumstantiarum ratione omnium maxime expediret. Monachi vero longioris morae impatientes cum discessum minarentur, iussu Pontificis carcere includebantur. Forte liberior haec erat custodia, quae captivos clam aufugere volentes impedire non poterat. Nam fuga se proripiebant, relicta Romae fidei suae confessione, quam locis publicis affigi curaverant. Haec res adeo commovebat Pontificem, ut in monachos elapsos impetuose et immoderate inveheretur. Literas namque dabat ad POSSESSOREM, Episcopum Africanum, qui Constantinopoli haerebat

rebat, et a quo de alio argumento consultus erat. (b)
In hac epistola illis exprobrat charitatis, pacis, et totius
ecclesiae odium, arrogantiam, inobedientiam, invidiam,
obtreactionum et seditionum studium, et quicquid vi-
tiorum alias mente concipi potest. Nec haud obscure
significat, se illorum doctrinam improbare, a qua perti-
naces homines nec monitis, nec mansuetudine, nec au-
thoritate revocare potuisset. Ceterum publico hos ho-
mines decreto ut pessimos haereticos haud dubie da-
mnasset, si rebus humanis diutius interesse illi licuisset.

Nihilo tamen minus, cum eadem controversia sub
IVSTINIANO recrudesceret, sententia, quam HORMIS-
DAS damnaverat, a IOANNE II. P. R. approbatur. (c)
Non sine magno animi dolore factum esse, ut Pontifex
Romanus in hanc Antecessoris sui sententiae reformatio-
nem consentiret, haud difficulter intelligimus. Quam-
quam enim eo tempore Pontificis infallibilitas nondum
directe affirmabatur, de tuenda tamen et conservanda
sedis romanae auctoritate summo studio laborabant ro-
mani praefules. Sed causae aderant gravissimae, quae
Pontifici necessitatem imponebant, Scytharum sententi-
am confirmandi, et, qui illis contradicebant, a sua com-
munionem excludendi. Primum enim tunc existerat Mo-
nachorum genus, quod NESTORII doctrinam seque-
batur. ACOEMETAE vocabantur, quod singulas diei

A 3

- (b) Epistola HORMISDAE ad POSSESSOREM extat in HARDVINI
Coll. Conc. Tom. II. p. 1038. seqq.
(c) Vid. IOANNIS II. P. R. Epistolae ad Imperatorem et Senatores
apud HARDVINUM *loc. cit.* p. 1148. seqq.
(d) De horum monachorum institutis vid. NICEPHORVS CALLIS-
TVS in *Hist. Eccl. Lib. XV. Cap. XXIII. p. 984.*

VI

horas precibus et cultu DEi alternis vicibus transfigerent, et somno carere viderentur. Hi cum negarent, Mariam dici posse DEiparam, Hormisdæ sententiam multum sibi prodesse videbant. Nam si nefas esset, dicere, unum ex Trinitate passum esse, nec unus ex Trinitate natus dici poterit. Quis vero tunc affirmare auderet, DEum esse, quem peperisset Maria? Ergo ut Nestorianisimi causam recte agerent, apertius impugnabant Scythas, unum ex Trinitate passum esse, docentes, illisque Papæ auctoritatem obiciebant. IUSTINIANVS ab initio quidem Scythas oderat, nunc vero illorum partibus studebat, non ignorans, rem periculi plenam esse, si formulam loquendi ab illis adhibitam damnari pateretur. Itaque publico edicto Acoemetarum errorem prohibebat, credique et doceri volebat, et Mariam esse DEiparam, et unum ex Trinitate passum esse. Et ne Acoemetæ Pontificis patrocinio causam suam iuvarent, ad eum literas dedit, missaque splendida legatione petiit, ut suam fidei confessionem approbaret, ea, quæ ipse doceri iussisset, confirmaret, et Acoemetas contra Scythas pugnantes condemnaret. (e)

Roma non adeo hebes erat, ut dubitasset, iusta esse, quæ IUSTINIANVS peteret. Nec adeo imprudens, ut Imperatorem in causâ iustissima offendere voluisset. Sed obstabat auctoritas HORMISDÆ, qui Scytharum sententiam novam, inauditam, falsam, et periculosam esse iudicaverat. Clerus etiam Romanus in partes scindebatur.

Alii

(e) Hæc omnia ex literis Imperatoris et Pontificis, supra iam citatis, colligi possunt. Legationis Iustiniani ad Pontificem mentionem quoque facit LIBERATVS in *Breviario de Causa Nestoriana et Eutychiana* Cap. XX. in SEV. BINTI *Coll. Conc. Tom. IV. p. 397.*

Alii namque suadebant, ut Papa Imperatori assentiretur, praesertim, cum maxima pars Ecclesiae ipsius fidem teneat, et contraria sententia Nestorianismo aperte faueat. Aliis vero consultius videbatur, auctoritatis sedis romanae rationem habendam, nec recedendum esse ab Antecessoris decisione. In hac sententiarum diversitate ipse Pontifex censebat, consulendos esse Africanos, et praesertim **FERRANDVM**, Diaconum Carthaginensem, hominem totius occidentis eo tempore doctissimum, cuius fides et eruditio ubique celebrabatur. Negotium committebatur **ANATOLIO**, Diacono Ecclesiae Romanae. Nam ad hunc extat **FERRANDI** Epistola responsoria, in qua de quaestione controversa prolixè differitur. (f) Cum igitur et ille fidem catholicam servari haud posse sentiret, nisi unus ex Trinitate passus esse crederetur, (g) non amplius reluctandum esse Pontifex existimabat, sed, quae petierat Imperator, approbabat, formulam ab Hormisda damnatam pro pia et catholica declarabat, Acoemetas vero, eam impugnantem, damnabat.

Si

(f) Extat **FERRANDI** Epistola in *Biblioth. Patrum Maxima Tom. IX. p. 502. seqq.*

(g) Ibi inter alia scribit p. 505. Idcirco nunc quantum arbitror, quibus in rectas fidei custodientibus regulam placuit, unum de Trinitate passum fateri. Nihil quippe aliud sententia haec insinuare cognoscitur, nisi ipsum esse passum in carne, qui de Patre Deo natus est, id est, Christum, ne putetur homo purus tolerasse passionis iniurias. Hoc ergo dicit, qui unum de Trinitate passum dicit: Non est quarta persona, qui passus est, sed ad numerum pertinet Trinitatis. Manens enim Dei Filius impassibilis secundum divinitatem, per susceptionem naturae passibilis passioni subiicitur. Et quamvis alia sit in illo natura, per quam semper impassibilis perseverat, alia, per quam dicitur temporaliter passus, ipse tamen impassibilis passus est. Non alius est impassibilis, et alius passus est. Iste autem impassibilis ipse est Dei Filius, Deus unigenitus, etc.

VIII

Si de statu illorum temporum nihil nobis constaret, sed tantum fidei ratio haberetur, quam profitebantur omnes, qui de quaestione disputabant, haud immerito miraremur, de ea dubitatum aut disputatum esse. Christus enim, qui passus et crucifixus erat, aeternus DEi filius, Patri *ὁμοούσιος*, et unus ex Trinitate esse, ab omnibus credebatur. Nota etiam erant loca Scripturae, quae de DEo, et filio DEi, crucifixionem, sanguinis effusionem, et mortem praedicabant. Act. XX. 28. Rom. V. 10. 1. Cor. II. 8. 1. Io. I. 7. Quid igitur impediabat, quo minus unus ex Trinitate passus dici posse a nonnullis crederetur? Huius rei ratio ex Eutychnianismi metu, forte etiam ex quorundam simplicitate, et Saeculi genio, cui omnes formulae loquendi, Conciliorum vel Patrum auctoritate nondum confirmatae, videbantur suspectae, reddi debet. Concreta et abstracta naturarum eo tempore nondum satis distincta erant. Hinc quod de concreto divinae Christi naturae vi unionis personalis recte praedicabatur, non raro de divina natura in abstracto praedicari videbatur. Cum ergo vocabula concretiva, usu recepta, adhibebantur, nemo eutychnianam haeresin praesumebat. Si quis vero vocabula aequipollentia, sed minus nota, pro illis substitueret, aliquid periculosi affirmare videbatur. Sic ex. gr. neminem offendebat haec propositio: *Filius DEi crucifixus est*; Sed formula, *Unus ex Trinitate crucifixus est*, licet idem significaret, aliud tamen significare credebatur. Nempe *unus ex Trinitate* pro ipsa divina Christi natura in se et abstracte spectata poni videbatur. Hinc sensus illi affingebatur, *ipsam divinam naturam passam et crucifixam esse*, quae sententia omnino erat eutychniana.

Quo

Quo facilius autem sententia ferri poterat de quaestione: Num unus ex Trinitate passus et crucifixus sit? eo plus difficultatis habitura fuisset quaestio: *Num unus ex Trinitate RESUSCITATUS dici queat?* Scilicet prior quaestio ex unione personali immediate decidi poterat. Nam si ille, qui cruci affigebatur, non tantum verus homo, sed etiam verus DEUS erat, et quidem secunda divinitatis persona, h. e. unus ex Trinitate, utique et unus ex Trinitate crucifixus erat. Quod qui negaret, eum simul negare oporteret, Christum unum ex Trinitate esse. Sed de CHRISTO RESUSCITATO difficilior videri posset quaestio. Mors enim interveniebat, et quamvis, cum in cruce moreretur, unus ex Trinitate esset, quaeri tamen posset, num et ille, qui morte iam extinctus erat, in sepulchro iacebat, et iam ad vitam revocari debebat, unus ex Trinitate fuerit? Quod si tamen sanae doctrinae de persona Christi habeatur ratio, nec inaniam speculationum subtilitate delectari velimus, dicendum omnino esse, facile videbimus, *unum ex Trinitate non minus resuscitatum, quam crucifixum et mortuum esse.*

Nam primo certum est axioma, *eundem esse resuscitatum, qui mortuus et crucifixus est.* Quod enim sicuti ex sua ipsius evidentiâ constat, ita et Scripturarum auctoritate probatur. Nam Petrus proluxa oratione de resurrectione Christi disserens, inquit, *hunc ipsum Iesum, quem occidissent Iudaei, a DEO resuscitatum esse.* Act. II. 24. 32. Eodem modo alia occasione de Christo resuscitato loquitur. Act. X. 39. 40. Paulus autem Rom. IV. 25. testatur, *eundem Iesum, qui propter peccata nostra traditus esset, propter iustitiam nostram resuscitatum esse;* et

B

Rom.

X

Rom. VIII. 34. *Christum adesse, qui mortuus, et resuscitatus esset.* Nec opus est plurium exemplorum excitatione. His enim testimoniis plena est tota Scriptura, quae docent, eundem esse Iesum, qui mortuus est, et a morte iterum resurrexit. At vero idem ille, qui mortuus est, unus erat ex Trinitate. Quidni ergo et unum ex Trinitate resurrexisse dicamus? Nec peregrina haec videri potest loquendi formula, quae tantum ratiociniis construenda esset, et quam Scriptura ignoraret. Nam Petrus, cum aliquando publicum resurrectionis Christi testimonium perhiberet, his utebatur verbis: *Princeps vitae occisus et resuscitatus est a mortuis.* Act. III. 15. Ergo qui gloriose resurrexit, hoc loco ab Apostolo appellatur **PRINCEPS VITAE**, ἀρχηγός τῆς ζωῆς. Hoc nomen Redemptori nostro sine dubio competit, quatenus est verus et altissimus DEUS. Nam hoc respectu ζωὴν ἐν ἑαυτῷ perinde habere dicitur, ac Pater. Io. V. 26. Et hoc respectu singulis quoque animantibus vitam dedit, conservat, et aliquando restituet. Solus enim DEUS est fons et principium vitarum. Iob. X. 12. XXXIII. 4. Sach. XII. 1. Act. XVII. 25. Quodsi ergo Christus resuscitatus et resuscitandus dicitur princeps vitae, hoc autem respectu unus ex Trinitate est, certe et resurrectio de uno ex Trinitate praedicari debet.

Forte autem haec omnia improprie intelligenda viderentur, nisi constaret, *unionem personalem* et in triduo mortis perstitisse. Nam *resurrectio* est idioma humanitatis, *unus autem ex Trinitate* concretum divinae naturae. Hinc propositio, *unus ex Trinitate resuscitatus est*, ad propositiones idiomaticas, et quidem primi generis, pertinet, cuius fundamentum est unio personalis. Nam quia

quia Filius Mariae et Unus ex Trinitate sunt una eademque persona, illius idiomata propter hoc vinculum de Uno ex Trinitate praedicari possunt. Si vero unio illa morte sublata esset, haec praedicandi ratio nullum haberet fundamentum. Quid igitur de hac unione tempore mortis sentiendum sit, paucis exponemus.

Nimirum *unio personalis non cessabat in triduo mortis*. Nam mors temporalis, qua Christus in cruce extinguebatur, nihil habet, quod unionem personalem solvere potuisset. Mors ipsa est privatio vitae naturalis, seu mutatio, qua vinculum animae et corporis rumpitur. At vero relatio Humanitatis ad Divinitatem, qua unio personalis continetur, plane diversa est a relatione corporis ad animam, quae vitam naturalem constituit. Ergo humana Christi natura mori poterat, salva unione personali. Praeterea si mors hypostaticam unionem sustulisset, ipsa incarnatio Filii DEI aboleri debuisset. Λόγος ἑνωτικός, qualis a prima conceptione erat, rursus factus fuisset λόγος ἄσσωτος. Nam unio personalis proxime et immediate ab incarnatione dependet. Simulac Filius DEI suam hypostasin cum humana natura communicabat, DEUS et Homo facti sunt una persona. Sed incarnatio revocari aut aboleri haud potuit. Quae semel assumpta erat in divinae hypostaseos communionem Humanitas, eam semper participare debebat. Nulla enim aderat ratio, eam ab hac communionem excludendi. Hinc et Paulus de toto exinanitionis statu testatur, quod Christus fuerit ἐν μορφῇ Θεοῦ. Phil. II. 6. Mors autem et illius status ad exinanitionem omnino pertinet. Quare dubium esse non potest, quia unio personalis in ipso quoque mortis triduo perstitit. Nec, si illa hoc tempore interrupta fuisset, Chri-

stus eodem tempore exinanitus dici posset. Nam exinanitio est spontanea abstinencia ab usu plenario divinae maiestatis, in humana Christi natura vere habitantis. Hanc perpetuam et ne ipsa quidem morte interruptam unionem hypostaticam PATRES CONCILII CHALCEDONENSIS profitebantur, cum credi docerique vellent, unionem istam factam esse *ἀδιακρίτως* et *ἀχωρίτως*. Equidem hanc loquendi formulam NESTORIO opponebant, qui duas Christi naturas dividere, duasque personas statuere credebatur. Sed quoniam simpliciter et in genere pronuntiabant, nullam naturarum seiunctionem aut distantiam admittendam esse, haec confessio ad mortis quoque statum merito extenditur. Hoc certe dubio caret, veterem ecclesiam graecam ita semper sensitse. Testem huius rei inter alios appellare possumus IOANNEM DAMASCENVM, qui de unione personali tempore mortis ita differit: *Quamvis Christus ut homo mortem obierit, sanctaque ipsius anima ab immaculato corpore distracta sit, divinitas tamen a neutro, h. e. nec ab anima nec a corpore quoquo modo seiuncta est, ἀλλ' ἡ θεότης ἀχώριστος ἀμφοτέρων διέμεινε, neque propterea persona una in duas divisa fuit. Siquidem et corpus et anima simul ab initio in Verbi persona existentiam habuerunt, ac licet in morte divulsa sint, utrumque tamen eorum unam Verbi personam, qua subsisteret, semper habuit.* (h) Eandem doctrinam post sequebantur SCHOLASTICI. Cum THOMAS hoc argumentum tractat, affirmativam sententiam amplectitur, eamque duabus rationibus confirmat: Primum, quod
in

(k) IOANNES DAMASCENVS *de Fide Orthodoxa Lib. III. Cap. XXVII. Opp. Tom. I. p. 251.*

in symbolo apostolico FILIVS DEI non tantum natus, passus, et crucifixus, sed et SEPULTVS dicitur, humana vero, quae de divina natura praedicantur, deficiente unione personali praedicari nequeunt; secundo quia, quod per gratiam datum est, sine culpa rursus tolli haud potest, ideoque unio personalis, quae humanitati per gratiam contigisset, morte tolli non potest, nulla videlicet culpa in Christum cadente. (i) Sic et NOSTRI THEOLOGI semper docuerunt, salvam mansisse unionem personalem, cum Christus moreretur. (k)

Sed qui forte aliter sentiunt, non sine specie obiicere possent, *unionem existere inter DEum et Hominem, Christum vero in triduo mortis non fuisse hominem, ideoque nec hypostaticam unionem perstitisse.* Quaestio, num *Christus in triduo mortis verus fuerit homo*, non parum exercebat Scholasticos. Huius enim generis subtilitatibus magis delectabantur, quam veritatibus gravioris momenti, quae sine obscuritate in nostram salutem revelatae sunt. LOMBARDVS in ea fuit sententia, Christum et hoc tempore verum hominem fuisse, dicendum esse. Quantum ego perspicio, hac utebatur ratione, quod anima et corpus unita fuissent cum Verbo, hoc autem vinculum animam et corpus inter se quodammodo uniret. (l) THOMAS vero sententiam hanc haereticam esse

(i) THOMAS AQUINAS in *Summa Part. III. Qu. I. Art. II. p. 122.* Similia habet LOMBARDVS *Lib. III. Sentent. Dist. XXI. p. 283.* et THOMAS DE ARGENTINA *Comment. in Lib. IV. Sentent. Lib. III. Dist. XXI. Qu. I. p. 35.*

(k) Inter plures alios laudasse sufficit B. IO. GERHARDVM in *Harm. Euang. Cap. CCII. p. 2031.* et IO. CONR. DANHAVERVN in *Christosophia Sect. III. Art. IV. p. 239.*

(l) LOMBARDVS *Lib. III. Sent. Dist. XXII. p. 287.*

esse putat, quod veritatem mortis Christi tolleret: Nam ad esse hominis requiri animae et corporis unionem, ea- que sublata hominem non amplius esse hominem. (m) Recte sine dubio et prudenter de hac disputatione iudicavit GERHARDVS noster, eiusmodi quaestiones otio- las, quae nil nisi pugnas generarent, cavendas esse. *Acquiescamus in illa fidei simplicitate, inquit, quod Chri- stus vere fuerit mortuus, anima scilicet a corpore soluta, ac quod nihilo minus in media morte unio personalis inter λόγον et carnem, atque inter λόγον et animam Christi per- manserit, quod mysterium in huius vitae caligine non pot- erimus cogitatione, nedum verbis assequi.* (n) Sapien- ter namque abstinuit a discussione quaestionis, quae in re ad fidem pertinente nihil haberet momenti. Sive enim dicamus, Christum in triduo mortis verum fuisse homi- nem, sive id negemus, inconcussa tamen stabit unio personalis, in statu mortis continuata. Quamquam enim unio inter DEum et Hominem esse recte dicitur, hoc tamen non ita accipi debet, ac si haec unio subsistere haud posset, nisi anima et corpus naturale suum vincu- lum retinerent. Potest illud omnino solvi, licet unio Divinitatis cum anima et corpore Humanitatis perduret. Si quis voci *hominis* nimis subtiliter inhaerere vellet, de voce magis, quam de re ipsa disputaret. Ne quis tamen tanti ponderis hanc quaestionem esse putet, ut solvi ne- queat, breviter tantum monemus, cuncta redire ad no- tionem hominis. Qui putant, hominem esse animal ra- tionale, h. e. compositum aliquod, ex anima et corpore
iu-

(m) THOMAS in *Summa Part. III. Qu. L. Art. IV. p. 122.*


(n) GERHARDVS in *Harm. Evang. loc. cit. p. 2032.*


inter se unitis constans, sic ut sine hac utriusque substantiae coniunctione homo concipi nequeat, illis omnino dicendum est, Christum in triduo mortis non fuisse verum hominem. Nam si iuxta hanc definitionem et tempore mortis verus fuisset homo, neganda foret vera ac realis animae et corporis separatio, neganda esset mors ipsa. Qui vero hominem esse censent quemcunque spiritum, cui destinatum est proprium corpus terrenum, si ve hoc corpus vere unitum sit cum spiritu, si ve ab eo seiunctum, ille Christum in triduo mortis verum fuisse hominem, affirmare poterit. Atque tunc locum haberet distinctio inter hominem vivum et mortuum, quam nonnulli ad dirimendam hanc controversiam adhibuerunt. Homo namque vivus foret anima, quae corpore suo proprio sibi que destinato fruitur; Mortuus autem anima, quae usu et ministerio corporis caret, quamquam illud habeat, et ad illud aliquando reditura sit. Sed quaecunque tandem opinio placeat, hoc certum fixumque manet, *unum ex Trinitate resuscitatum esse.*

Atque haec rerum consideratio VESTRAM sine dubio non parum excitabit pietatem, CIVES OPTIMI, ut maiori reverentia et mentis castitate magnam illam resurrectionem meditemini et celebretis, cuius recordationi dies, qui DEi beneficio iam redeunt, sacros esse voluit pia antiquitas. Resuscitatus ille, quem Vobis praedicabimus, non est merus homo, sed ipse DEi Filius, princeps vitae, VIVVS EXTRINITATE. Est omnipotens ille Dominus, qui vitam assumptae humanitatis suae ponere, atque eam sibi rursus restituere poterat. Quamquam enim gloria et virtute Patris sui resurrexisset dicatur Rom. VI. 4. Eph. I. 20. ipse tamen vitam sibi red-


reddere potuit, et vere reddidit. Nam quicquid Patrem operari videt, id ipsum et ille operatur. Io. V. 17. 19. Quemadmodum Pater mortuos resuscitat, ita et filius ad vitam redire iubet, quos vult. Io. V. 21. Quare et ipse mortis, quam sponte subierat, vincula fregit, et propria virtute egressus est e sepulchro. Carne quidem interficiebatur, sed Spiritu h. e. divinitate sua vitam sibi restituit. 1. Pet. III. 18. Hic idem DEus omnipotens, unus ille ex Trinitate, est simul resurgentium dux et princeps. In Scriptura appellatur ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων, 1. Cor. XV. 20. 23. et πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν. Col. I. 18. Atque hoc quidem ideo, ἵνα γένηται ἐν πᾶσι πρωτεύων, ut in omnibus primatum teneat. Quantum verò inde nobis nascitur solatium! Si ductor resurgentium et resuscitandorum unus est ex Trinitate, qui non tantum mortuos resuscitat, sed et ipse resuscitatus est, dulce est mori, et gloriosum resurgere, quod eadem nobis contingit mutatio, quam unus ex Trinitate subire non dedignatus est. Caput et socium in resurrectione habituri sumus eum, qui ipse est DEus altissimus, fons et principium vitarum. Haec similis Christi nostrorumque corporum conditio arctiori vinculo nos coniunget cum eo, qui veram et absolutam habet immortalitatem, et in luce inaccessiblei caelestis gloriae habitat. Utinam haec omnia sanctam ac venerabilem Vobis redderent sanctissimi Redemptoris resurrectionem, spem vero Vestrae ipsorummet resurrectionis non alerent modo, sed et augustiorem et laetiozem efficerent! P. P. in Academia Iulia Carolina. D. V. Apr. MDCCLX.














ea ad difficillima quaeuis paratissima. Comparebo igitur Praefidi Summe reuerendo obseruantiam quam nullum erabit declarem, Tibique elegans eruditionis specimen er, quam ut inexercitatus in scientia quam profiteris oribus argumentis Te detineam. Faxit Deus ut ex litterarum magnam in rem publicam sacram redundet emolumentum enim Deo, ciuitati Sacrae, litteris, parenti summe reuerenti Tibi semper uiues feliciter, quod ex sincero affectu appetentissimus. Ded. Hal. Sal. d. xvii. Iul. clō Io cc xxxxiij.

VMATISSIMO AMICO SVO

S. P. D.

S. DITERICH. OPPON.

ga TE animum, tamen si aliunde iam satis perspectum Tibi sperabam, AMICE AESTVMATISSIME: tamen, tam pulchra occasione, faciendum mihi putauit, ut non mento TIBI significarem. Poscere enim a me uidebatur, cum est, amicitia, ut de felici studiorum TVORVM suorbi egregio specimine nunc probando, non in sinu foce etiam laetarer; quod si intermitterem, nae, ipse mihi per amore isto, quo TE adhuc complexum me esse non audeo. Noli autem hic a me expectare laudem TVA-ia. Neque enim is ego sum, qui aliorum laudes pro dicornare ualeam; neque TE mea commendatione indigem ingenii, doctrinae atque diligentiae TVAE alios ha-ge illustriores, inter quos non ultimum sibi locum uindi- A disputatio, quam propediem defensus es, bonorum um ferens certissime. Cuius ita me semper participem boni superi, ut ego praeclaras hasce eruditionis TVAE ero magis, quam e consuetudine TIBI gratulor, atque is affirmo, numquam me esse commissurum, ut meum er- requiri abs TE possit. Vale belissime. Dabam Halae vii. Iul. clō Io cc xxxxiij.

HAI-